tamento substantie. aut etiam diffinita. que ꝓsiderantur in mathematica scientia. Ex quibus omnib⁹ patet quid sit dicendū ad quesitum.

Querit septimo Utruz forma sit materie ꝓseruatiua: potius ꝯ̄ viceuersa. Pro responsione notanduz q̄ ꝓseruare hic large capitur, put est idem q̄ causaliter concurrere ad alterius ꝓmanentiam. Videmus aūt q̄ quedam forme, ꝑpter indispositionem subiecti corrūpūtur. z ita euidenter ꝓstat q̄ materia bene disposita operatur ad forme ꝓseruationem. sed non euidens de ꝓseruatiōe materie a forma.

Maior. Materia respectu cuiuslibet sue forme: quodāmodo est causa esse et ꝓmanentie

Minor. Materia prima cum sit ens in pura potentia: specificatiue dependet a sua substantiali forma **Conclusio.** Licet igitur materia sit cōseruatiua forme: tñ semp forma substantialis ꝓseruat materiā altiori ordine:

Propositio maior sic patet. q̄ nisi materia aliquā causalitatem haberet circa formā sibi inherentem. tūc frustra forma talis vniretur ipsi materie. quod est inconueniens. Et dicit ibi quodāmodo, ꝑpter aiam rōnalem. que simpliciter nō dependet a corpore. cum etiam posset ꝓseruari absq̄ corpore. et ꝑm multos etiam Thomistas creari extra corpus. dependet tñ ab ipso corpore bene dispositum ꝯ̄tum ad informationem corporis. sed alie forme vlteri us dependent a suis subiectis simpliciter quo ad esse.

Minor patet. q̄ forma est actus materie. z plus influit forma materie ꝯ̄ materia forme, ꝑpter quod videmus q̄ recedēte anima a corpore fit statim resolutio corporis quod erat subiectū anime z euanescit Et loquitur ꝑpositio notanter de forma substantiali. q̄ non sic est de forma accidentali. q̄ talis ineſt subiecto potius econuerso. nam subiectū forme substantialis est in actu substantiali. et accidens ꝓsequtur p̄ncipia substātie fluendo deorsum. sicut patz inductiue de formis accidentalibus.

Conclusio quo ad primā partem patet ex maiore. ꝙz quo ad secūdam patet ex dictis in minore. Correlarium. Forma est in materia eius subiecto: sicut lumen in opaco. Patet q̄ in ꝓstitutione coloris opacū ꝓcurrit fragili modo. et sic siliter materia ꝓcurrit diminute ad ꝓstitutionem ꝓpositi cum forma, ꝑpter qđ visum est nō nullis q̄ materia nō pertinet intrinsece ad quidditatē ꝓpositi. sed se habet sicut causa sine qua nō. Et tantū de parte phemiali huius libri de anima. Et q̄ p̄mus liber est de aia ꝑm opiniones antiquoz que modicuz veritatis in se ꝓtinent. ideo illo pretermisso accedendū erit ad secūduz. in quo ꝑhus determinat de substātia aie ꝑm veritatem et ꝑpriam opinionem.

Finis primi de anima

Ue quidez igitur a prioribꝫ

Circa initium

secūdi libri de anima Querit primo. vtrum anima in viuentibus: sit corpus substātia ꝓposita aut actꝰ

Pro responsione notādum q̄ q̄ aiatum differt ab inaiato in duobus. scz in motu et cognitiōe. q̄ aiatum habet in se p̄ncipiū sui motus quo mouetur a se. et hoc precipue patz in aialib⁹. Differt etiā in cognitōe. q̄ inanimata nō habent cognitionem. sed aiata per aiam in genere aialiuz habēt virtutem cognitiuā. Gratia cuius aduertendū q̄ primi philosophātes vltra imaginatiōem et ea que ad imaginationis apprehensionē ꝑtinent nō se extenderūt. Et ita qui ponebant omne mouens moueri et aiam esse p̄ncipium mouendi et eam moueri posuerunt. et q̄ omne qđ mouet est corpus posuerūt ꝓter aiam esse de genere corporū. Rursus q̄ posuerūt cognitiōem fieri p̄ simile ꝑm realem similitudinē. scz terram cognosci p̄ terraz. z aquam per aquā. iterū ex hoc posuerūt aiam esse ꝓpositā ex p̄ncipijs corporū. ex quib⁹ potest habere rerū cognitionem. Sed ꝓtra illos est ꝓbus in principio huius secundi. qui ponit sex diuisiones ad inquirendū naturaz ipsius aie. ex quib⁹ clare elicit q̄ aia sit actus primus substalis corpis.

Maior Aia in viuentib⁹ non est corpus: sz est primus substātialis actus. **Minor** Anima non est substantia ex materia z forma ꝓposita: sed est solū vitalis forma **Cōclusio.** Igitur in viuentib⁹ aia: est corporis aiati formalis substantia

Maior patz q̄ cum aiatum differt ab inaiato p̄ duas operationes p̄memoratas. oportet aūt dicere q̄ p̄ncipiū vitalis operationis sit aia. q̄ p̄ hoc aiatuz differt ab inaiato. ꝓstat q̄ corpus ꝑm q̄ est corpus nō est p̄ncipiuz operatiōis vitalis. sed ꝑm q̄ est tale corpus. corpus autē fit tale p̄ actū siue p̄ formā substalem p̄mo z p̄ncipaliter. ꝯ̄ anima est actus siue forma corporis z nō corp⁹ Minor ꝓpositio ponitur ꝓtra antiquos ꝑhantes qui posuerūt aiam esse ꝓpositaz ex materia z forma. et p̄cipue moti fuerūt ex his motiuis. q̄ sicut omnis participatio actualitatis est ex primo actu qui est deus. ita omnis participatio potentialitatis esset ex prima potentia. q̄ est materia p̄ma. sed aia est in potentia. quia habet intellectuz et volūtatem. etiam aia substat diuersis habitib⁹ z passionib⁹. z ꝑm eas transmutat. ergo videtur q̄ aia in sui natura habeat aliquid de materia. Sed ꝓtra illos ponitur illa ꝓpositio secunda. q̄ aia dicit actus corporis. aut ergo est actus corporis ꝑm se totā aut ꝑm partem eius. Non ꝑm partē. q̄ tūc illa pars solūmodo eet in aia. nam p̄ aiaz intelligitur actus z forma substantialis primus qui est p̄mū p̄ncipiū operationū vitaliū. non igit aia est ꝓposita ex materia z forma. necz est possibile q̄ aia ꝑm se totaz esset actus corporis. Si detur q̄ sit ꝓposita tūc pars eius erit materia que ꝯ̄tum de se est. est ens in pura potentia qđ esse nō potest. q̄ aia ponitur esse actus. sed potētia nō ꝑt esse pars actus ꝑpter euidentē repugnātiam Conclusio patz sufficientissime ex textu p̄hi. Corrolarium. Proprietates materie que per transsumptiōem attribu

untur anime: ꝙuenīūt sibi nō vniuoce sed analogice. Patet. qz recipere pati alterari substare tc̄ fm aliū modū cō uenīūt anime t intellectui possibili cū̄ materie. qz p distā/ ciam t recessum a ꝓmo actu puro admiscet potētialitas in reb⁹ aliter t aliter fm varios ordines rerū

Querit secūdo. Utruz quelibet aīa naturali vnione: sit actus in organico corpore. Pro responsiōe notanduz ꝙ corpus dicit organicū ex eo ꝙ habet partes diuersimo de dispositas t figuratas ad diuersas operatiōes exerce/ das. Sicut patet in hoīe cuius sunt diuersa organa di/ uersis operatiōib⁹ deputata Et qz est assignare diuersos gradus aīarum p̄sens questio habet p̄cipue difficultatez de aīa rōnali que separabilis est a corpore. vt supponitur ex postea dicēdis t determinādis. corpus aūt aggrauat animā et eius operatiōes videt impedire. t ob hoc solet apud quosdā fieri dubitatio. an vnio aīe rōnalis cū cor/ pore sit sibi naturalis. Ex isto sic notato relinquo questi onem. p vtraqz eius ꝑte ambiguā

Maior. Quelibet anima ex hoc ꝙ est for/ ma vitalis: est ex debito actus organici corpo ris **Minor.** Anima rōnalis et non solū ani ma educta de potentia materie: vnitur suo cor pori naturali vnione **Conclusio** Uniuersa liter igit vnio anime cuz organico corpore: est naturalis et absqz media dispositione

Maior ꝓpositio ꝑz. qz anima transcendit ordinē for/ marū inferior. t ēt̄o forma est altior tanto extendit se ad plures operatiōes ad quas requirit diuersas dispo/ sitiōes et sui corporis partes diuersimode organisatas. Unde hec ꝓpositio est Aristotelis in littera. t patz exem plariter. quia licet in aliquib⁹ viuentib⁹ impfectis. vtpu/ ta in plantis impfectis nō distincte ꝓcipiat ipsa organi/ satio. sicut patet in fungis t filibus. cū equiualenter. licet ꝓfuse habent dispositiōes organicas **Minor** patz. qz quelibet aīa est tante distantie a primo ꝙ ex ꝓprietate na ture sue acquirit suā pfectionem ex ꝓuersione ad corpo/ralia. et ita reducit ad actum p spēs cognoscibiliū acqui sitas a sensibilib⁹ Unde intellectus possibilis in ꝓncipio sui est sicut tabula rasa. vt patebit tercio huius. sed hu/ iusmodi reductio sine sensibilib⁹ fieri non p̄t. nec⁊ sensus possunt ꝑmanere sine tactu. tactus aūt ꝓsistit in tēpera/ mento primarū qualitatū. et sic de ꝓmo ad vltimū rō cō cludit ꝙ vnio aīe rōnalis cū corpore organico est natura lis aīe rōnali **Conclusio** est phī in textu. qui vniuersa liter loquens dicit. ꝙ non oportet querere quō ex corpo/ re t anima fit vnū. qz actus vnit seipsum naturaliter. p/ ꝓprie potentie t nō requirit mediū vniens. Et ergo iuxta regulā Aristotelis octauo metaphisice inter ꝓpriū actuz et ꝓpriam potentiā nō est mediū nec debet queri causa q/ re ex his fit vnū nisi p causam agentem t efficientez. que actū ꝓpriū gignit sue potentie **Corrolariū ꝑmū.** Anima rō/ nalis sine aliquo medio: est corporis organici p essentiaz tam actus q̄ pfectio. Patet qz iuxta regulā Aristotelis octauo metaphisice inter ꝓpriū actum t ꝓpriam poten tiam nō est mediū. nec debet queri causa quare ex his fiat vnū. nisi per causam agentē et efficientē. que actum ꝓpriū/ gignit sue potentie **Corrolariū** secūdum. Anima huma/ na vt motor corporis sui ꝓsiderata est ei p aliquod me/ dium vnita. Patz qz anima mouet grossiora p subtilio/ ra. et sic vtitur potentijs suis t spiritu corporeo ad mo/ uendū partes corporis grossiores. Argumenta circa hoc quesitū fieri ꝓsueta q̄rātur in copulatis in locis suis

Querit tertio. Utrū ꝙuenienter aīa: sit a ꝑho duplicit diffi nita. Pro parte affirmatiua est ꝑhus qui ponit duas diffinitiōes aīe. vnam cōmunem tanq̄ ꝓpter quid. scz ꝙ anima est actus corporis phīsici organici vitam habētis in potentia. Et huius diffinitiōis particule satis sunt fa ciles rememorādo supius ꝑlibata. Deinde ponit ipius aīe secūdam diffinitiōem. que est sicut qz est ipsius ani/ me. scz aīa est principiū quo viuimus sentim⁹ mouemur et intelligimus. Sed ꝙ pte negatiua arguit. qz vnius rei est tm̄ vna diffinitio saltē essentialis. Sed argumēta ꝓtra quālibet diffinitionē fieri ꝓsueta videāt in copulat⁹.

Maior. Corpus cuius primꝰ t substantia lis actus est anima: est phīsicū organicū vitaz habens in potentia **Minor** Dicendo illud principiū ꝓmū quo viuimꝰ: ipsaz aīam secūdo bene diffinimus **Conclusio.** Igit due diffi nitiones ipsius aīe: sunt per philosopbum be/ ne assignate

Prima ꝓpositio ex declaratiōe singularū particularū patz. nam aīa dicitur actus sicut forma substantialis que est actus primus. Et est actus corporis phīsici organici ad distinguendū illud corpus cuius est actus ꝓtra cor/ pus mathematicū et artificiale. Nam dato ꝙ idē corꝰ esset phīsicum mathematicū t artificiale. tūc aīa esset ac/ tus illius corporis inc̄ptum phīsicum. Similiter patz vl tima particula qua dicit vitam habentis in potētia. quia viuēs habet ꝓncipiū p qō est potens ad operatiōes vita les. Et hoc totū illa prima ꝓpositione ꝓhensum pon tur ꝓ prima diffinitiōe aīe. Sed ꝙ sit bona patz p con ditiones bone diffinitionis que huic ꝙuenīūt **Minor** patet. quia illud principiū quo viuimus est actus primꝰ viuentis. sicut illius principium quo scimus est scientia et generaliter illud primum quod est principium quo alicuius operationis vel actus est forma. Sed si adda/ tur sentimus mouemur t intelligimus. tunc illa diffini/ tio solum competit anime humane. **Conclusio** patet ex dictis hic et in philosopho. **Corrolarium** primum. Omnis anima: est actus corporis organici et econtra. Patet quia mixta vel elementa que sunt infra animata non habent animam ꝓ forma. nec etiam eorum corpo ra sunt organica. quia inquātum aliquid est organicum est virtualiter animatum **Corrolarium** secūdum. Ali/ quid simul in actu et in potentia esse: non est inconueni/ens si hoc sit diuersimode. Patet quia si potentia capi/ atur large ꝓout non excludit actum. sed ꝓout importat aptitudinem in cōmuni. tunc idem potest esse in poten/ tia et in actu. Sicut dicimus ꝙ actu sedens habet potē/ tiam sedendi Ad rationem dicendum ꝙ iste diffini/ tiones non sunt eiusdem ordinis. nam vna est materia/ lis et alia formalis. vt patebit in sequentib⁹

Querit quarto. Utrū gradus vi/ uentium: tene dis stinguatur per numerū quaternarium. Pro parte af/

firmatiua est philosophꝰ in littera. Sed pro parte negatiua arguitur. qꝛ appetitiuū etiam videtur esse gradꝰ vite. ergo erunt plures q̄ quatuor. Antecedens probatur. quia facit genus potentie. ergo a simili deberet facere gradum vite. Et cōfirmatur. quia appetiuū est in inanimatis. puta in elementis. qꝛ elementum graue appetit esse deorsum. ergo separatur ab alijs.

Maior. Anima vegetatiua principium viuendi in plantis: separatur ab alijs viuendi principijs Minor. Quecunq; sensitiua aut ſm locum motiua vl' intellectiua: sunt animata ab inuicem separabilia Conclusio. Igitur cōuenienter gradus animatorꝫ: distinguūtur ſm numerum quaternarium

Prima pars maioris patet. quia operationes que fiunt in plantis fiunt ab aliquo principio. sed non a natura. ergo ab anima. Q; non a natura patet. quia alimentum in vegetabilibus mouetur ad cōtraria loca. sed natura est determinata ad vnum. Secunda pars patz. qꝛ in plantis nulla alia virtus ineſt q̄ vegetatiuū. Minor patet. z primo qꝛ illa sint animata. quia habent operationes ſm quas discernimus viuentia a non viuentibus Sed qꝛ sint ab inuicem sepabilia patet quia semper prius inueniri potest sine posteriori. licet non econtra.

Conclusio probatur. quia gradus animantium attēduntur penes potētias diuersarum operationum vitalium. quarum vna separatim inuenitur sine alia. sicut vegetatiuū inuenitur in plantis z non sensitiuum. Similr in omnibus animalibus inuenitur sensitiuum. sed in alijs quibus non inuenitur motiuum ſm locum. sicut in animalibus imperfectis que sunt affixa petris. vt conchez ostree. Similiter in animalibus brutis inueniuntur illa tria. sed non inuenitur intellectiuum Corrolarium. cōgrue Aristoteles comparat vegetatiuum: ad ipsum tactum. Patet quia sicut vegetatiuū est principium viuendi quod potest separari ab alijs. sed non econuerso. ita tactus est fundamentum respectu sensuum possibilis separabilis ab alijs. sed non econtra. Ad rationes. ad ꝓmam dicitur qꝛ non est simile. quia potentie distinguunt penes actꝰ z obiecta. sz appetiuū hz ꝓpriū actū z ꝓpriū obiectum. sed gradus vite multiplicantur penes separationem vnius ab alio. z quia vbicūq; inuenitur appetitiuus ibi oportet inueniri sensitiuū. hinc est qꝛ penes appetituū non sumitur aliquis gradus inanimatorum Ad secundam dicitur qꝛ duplex est appetitꝰ. s. naturalis z animalis. sed hic solum loquimur de animali appetitu qui non reperitur in inanimatis

Querit quinto Utrum anima ſm eius substantiā solū sit in corde: an tota in toto corpore: aut diuisim in qualibet parte Pro responsione notandū qꝛ multe sunt opiniones famose circa existentiam anime in corpore Quia quidam ponunt qꝛ anima ſm suam substātiam sit in corde. z tamen virtutem suam extendit ꝑ singulas corporis partes. Et allegant pro se philosophum in libro de causa motus animalium dicentē. qꝛ anima est in vno ꝓncipio. sz in corde. z alie partes corporis proprium actus exercent ſm qꝛ cognate sunt ad primum principiū. Alij vero dicunt qꝛ sola anima humana ſm cuius substātiam sit tota in toto. z tota in qualibet parte. cuius ratio est. qꝛ ipsa est creata z non educta de potentia materie. z est impartibilis ſm eius essentiam. z sic non potest esse partibiliter in corpore. Sed omnes alie anime sicut sunt educte de potentia materie. ita diuiduntur ad diuisionē materie: Tercia est via dicentium qꝛ omnes anime viuentium ꝓfectarum sint ſm substantiā suam tote in toto. z tote in qualibet parte. sicut sunt anime hominis equi vl' asini. Sed anime imperfecte que in qualibet parte corporis sunt ſm suam totam potestatem. tales sunt partibiliter in corpore ſm corporis participationem. quemadmodū dicitur qꝛ altedo habet suam diuisionem ſm sui subiecti diuisionem.

Maior. Anima corporis primus z substātialis actus: est eidem ante quodlibet accidēs substantialiter vnitus Minor. Corpus de genere substantie: est ante aduentum quantitatis omniquaq; indiuisibile Cōclusio Igitur quelibet anima est ſm suā substātiā in toto corpe: et tota in qualibet corporis ꝑte.

Prima pars maioris patet ex prima diffinitiōe anime. Sed secūda pars ꝓbatur. quia compositio scda presupponit ꝓpositiōem primam. sed compō accidentis cū substātia est scda compō. ḡ presupponit compōem substantie cum forma substātiali q̄ in viuentib⁹ vnica z sola est anima. vt hic supponitur. z inferius probabit Minor ꝓbatur. quia ſm solam quantitatem attendit diuisio vel indiuisio. z etiam prima rō diuisibilitatis attribuit ipsi quantitati nō obstante qꝛ quantitas causatur a substantia. Et ex illa causa mouent Thomiste qꝛ ponūt cōpletum principium indiuiduatōis materiam signatam quantitate. quia quodlibet indiuiduum est diuisum vel ad minus diuisibile a quolibet alio. sed illam diuisibilitatem habet a quantitate Conclusio ꝓbatur. quia ꝓprium adequatum ꝓportionatum z immediatū subiectum aīe est totum corpus organicū ad quod directe et immediate habet aptitudinē. Etiam anima nō habet diuisionem substantialē per ꝓpatōem ad subiectum totū. vt patet ex dictis. z per consequēs nō potest diuidi substantialiter ſm diuersas partes subiecti Corrolariū ꝓmum Tota virtus anime inferioris ꝓfectionis: est in certa parte corporis. patet quia ille anime sunt modice perfectionis. z ergo possunt habere totam suam potestatez in qualibet parte sui corporis. sicut patet in diuersis plantis que abscise plantantur z crescunt. z sic non respiciunt totum corpus sicut proprium subiectum. sed habēt modum formarum mixtorum homogeneorum vbi forme diuiduntur ſm diuisionem subiectorum. Corrolariuz secundum. philosophus ponens animam in vna sola viuentis parte: loquitur de anima ſm qꝛ est motor in corpore. Patet nam anima non solum comparatur ad corpus sicut actus z forma. quo modo est in toto corpore. sed comparatur etiaz ad corpus sicut motor. z sic potest per vnam partem motum influere alijs partibus. sicut homo per manum mouet baculum. z per baculum mouet aliud. Ex omnibus istis patet que dictarum opinionum sit vera. quia in omnibus animalibus perfectis anima est tota ſm essentiam in toto z in qualibet parte, hz nō ſm virtutē. In aialib⁹ vero impfectis est tota in ill'

tam ſm essentiam q̄ ſm virtutem.

Queritur sexto Utrū in vno t eodem viuente scz homine: propter plures opationes vitales ponēde sint plures anime Pro pte negatiua est Aresto. t sanct⁹ Thomas in pleriscz locis. t sunt ad hoc rōnes tam ostensiue q̄ ducentes ad impossibile Sed p parte affirmatiua arguit. qr corruptibile t incorruptibile nō sunt vnuz numero. sed aīa sensitiua t intellectiua differūt sicut corruptibile t incorruptibile. ergo in eodem nō sunt eadem aīa numero. Et confirmatur. qr Platoni imponit posuisse plures animas in homine loco t subiecto differetes ſm pluralitatem opationū vitaliū in eodē viuente. sicut nutritiuam posuit in epate. sensitiuā in cerebro. generatiuam in genitalib⁹. quia operatio arguit formam. t sic ſm diuersas operationes in genere voluit formas in eodem viuente distinguere.

Maior. Forme viuentium non solum se extendunt ad plures: sed etiā ſm gradum sue perfectionis ad operationes nobiliores. Minor. Per eandem formam in eodem viuente: possumus plures operationes saluare. Cōclusio. Quāuis igitur sint multe opatōes vitales in vno eodemq̄ viuente: ibi tm̄ esse plures aīas est omnino impossibile.

Patet maior. qr operari sequit̄ esse. sed esse formarū viuentiū est nobilius. ergo forme viuentes extendunt se ad plures t nobiliores opationes. Verbi grā. in q̄busdam mixtis inueniūt quedam operationes satis laudabiles. sicut in quibusdam herbis t lapidibus. tamē operatiōes vitales sunt altioris ordinis. licet sint magis cōsuete Patet minor ex ordine rerū. nam sicut dictuz est operari sequitur ad esse. t quia materia prima in ordine entium est infima t vilissima. ideo forme sibi propinque sunt eidem multum similes. t ita sunt limitate t immerse t pauce operationis. Ecōtra autem recedēdo a materia forme sunt liberiores t se extendunt ad plures operationes. Et ita fit q̄ forme viuentiū ꝓpter gradum sue p fectionis possunt esse multiplicis operationis. Prima pars ꝯclusionis patet ex dictis. Sed scōa ꝓbatur. quia nihil est in specie quin sit in individuo illius speciei. vt dicitur in p̄dicamento substātie. t per ꝯsequens forma alicuius spēi constituit individuū illius spēi. Et sic datz pluribus formis diuersarū spērum erūt plura individua eiusdem spērum. t p consequēs viuū non erit vnum nisi ſm modum colligantie quod nō est vere vnum. Supponitur autem hic q̄ vnūquodq̄ viuentium sit simpliciter t vere aliquod vnum. Sunt etiaz ad hoc plures alie ratōes quas diligens thomista ex doctore sancto in pleriscz locis inuestigabit. Corrolarium primum. Egregie a phis est dictum q̄ anima sit quoddam totum potestatiuum: cuius subiectū proprium est corpus diuersa dispositione organica complexionatum. Patet quia anima ex sua virtute potest exercere plures operationes. scz pro earum exercitio requirit plures organicas dispositōnes Corrolarium secundum. Non est ponenda in eodem supposito realis pluralitas formarum: propter coordinatam pluralitatem predicatorum essentialium. patet quia nihil ē in genere quod non est in specie. nec in specie quod non est in individuo illius speciei. vt dicit Aristoteles in predicamento substantie. Si igitur ponerentur plures forme realiter distincte. vel hoc esset q̄ quelibet pertineret ad aliquam speciem t ad aliquod individuum illius speciei. sed hoc non potest dici. quia sic essent plures forme vltimate in eadem specie quod est impossibile. Nec potest dici q̄ aliqua illarum formarum maneret confusa t indeterminata. quia hoc esset contra intentionem Aristotelis vt iam sepius allegatum est Corrolarium tercium Ex eadem forma oritur pluralitas accidentium: ſm q̄ ipsa seipsam precedit ſm alium t aliuz gradum. Patet qr licet forma quo ad rem sit simplex. tamen nihil ei derogatur quantum ad ea que pertinēt ad eius rationem. quinimo vendicat sibi ea eminentiori modo. Constat autem q̄ si essent plures forme realiter distincte sibiinuicem subordinate q̄ vna aliam precederet. et vnaquecz quorūdam accidentium causa t fundamentum esset. ergo vna t eadem forma proportionabiliter se habebit sicut causa t fundamentum respectu similiū proprietatum Ad rationes. ad primam dicitur q̄ anima sensitiua t intellectiua est in eodem homine: sunt vna anima numero. t ergo sicut anima rationalis est incorruptibilis. ita similiter anima sensitiua eidem coniuncta licz in diuersis differant. sicut corruptibile t incorruptibile.

Ad scōam quid sit dicendum patz per ph̄m in litera. q̄ circa hoc mouet vnam dubitatōem.

Querit̄ septimo Utrum in hominis generatione: sint ponende plures anime. Pro responsione notādū q̄ illa questio habet aliā difficultatem a questionibus immediate precedentibus. nam ibi erat ꝓsideratio de formis viuentibus in esse constitutis. hic autem est difficultas de viuente ſm q̄ procedit ſm viam generatōnis de nō esse ad vltimatum esse. vtrum scz sint ponende alique forme intermedie distincte ab vltimata forma p quā ipsum viuens permanet in suo generato esse Et p parte affirmatiua est Aresto. in libro de animalib⁹ qui dicit q̄ embrio primo viuit vita plante. deinde vita aīalis. t vltimo vita intellectiua Sed p parte negatiua arguitur qr omnis forma substātialis dat speciem. si ergo plures forme sibiinuicem succederēt in generatione hois sequeretur q̄ embrio esset diuersarum spērum.

Maior. Embrio habet in se animam vitalem: que non permanet cum forma constituente vlteriorem perfectionez Minor. In generatione hominis prius q̄ introducatur aīa intellectiua: ponēda est alia aīa que est solū sensitiua Conclusio. Licet igit̄ in generatione hois sibiinuicem succedant plures aīe. tm̄ tota denoiatio fit a finalis forme specie.

Prima pars maioris sic declaratur. quia vbi est operatio propria alicuius forme ibi est ipsa forma. sed in embrione sunt operatiōes anime vegetatiue. quia nutritur augmentatur t organisatur. ergo ibi est anima vegetatiua. Secunda pars patet. quia anima embrionis est solum vegetatiua. ergo non potest permanere cum anima sequente que est sensitiua. quia oportet q̄ in eodem composito nō reperiantur plures forme realiter distincte

Minor patz ex simili rōe cum ꝓpone precedenti. qr ibi

inueniunt operatões anime sensitiue z nõ intellectiue. Et pro tanto tene dicit Aristoteles q animatum pmo viuit vita plante. Tcijs Prima pars conclusiõis patet ex dictis. Sed secunda probatur. quia in omni motu cõtinue eductionis fit denominatio a termio finali ad quẽ vt dicitur quinto ethicorum. z per consequens tota hoc minis generatio debet denominari ab anima rationali. que est vltimata Correlarium. hec consequentia non valet. hoc viuens habet aliquam formam vitalem in se: igitur per eam constituitur in aliqua specie. Patet in eas sibus ptaratis. quia forme intermedie pertinent ad aliquod genus. s. vegetatiui z sensitiui. z tamẽ per eas nõ cõstituitur aliquid in specie plante vel bruti. Causa est. quia natura talium formarũ est solum deferre generationem vsq; ad formam que est terminus totalis eductionis. Et pro tanto dicit commentator q generatio hominis est translatio de prima forma vsq; ad vltimã p omnes formas intermedias Ad rationem dicendum q denominatio mobilis fit solum ab vltima forma. q; forme intermedie non sunt proprie termini motus. sz deserunt subiectum ad principalem formam. z ergo nõ dãt spem. vt satis clare patet ex dictis.

Querit̃ vltimo

Utrum scda diffinitio anime ex operibus vite inuestigata: demonstrare posset pmam diffinitionem de anima. Pro parte affirmatiua tam suppositi q̃ quesiti est philosophus in littera qui post̃ inuestigauit ex operationibus vite scdam diffinitionem anime tali vtitur demonstratione. illud quod est primũ pncipium viuendi est viuentium corporum actus z forma sed anima est primus principium viuendi his que viuũt ergo est corporis viuentis actus z forma. Sed p parte negatiua arguitur. quia effectus nõ potest demõstrare causam. immo magis ecõtra. sed secũda diffinitio anime datur per effectus anime inquantum est actus z forma corporis. igitur zc.

Maior. Secunda diffinitio anime: venatur a philosopho ex certioribus nobis p opera vite. Minor. Ex eo q anima est corporis viuentis forma: sic dicitur pncipium operum vite z non econtra. Conclusio. Quãuis igitur formalis sit diffinitõ anime secũda: ipsa tamen a posteriori solum est prime de suo diffinito demonstratiua.

Propositio maior relinquitur nota ex processu philosophi qui inuestigando scdam diffinitõem aie dicit q iterum tentandum est aggredi de anima ex certioribus z notioribus quo ad nos. quia per illa fit aliquid certius qđ est certum fm naturam z fm se notiꝰ. Minor est doctoris sancti in forma post̃ eñ sanctus Thomas posuit demonstrationem superius tactam subiungit immediate. manifestum est autem q hec demonstratio est ex posteriori. ex eo enim q anima est forma corporis viuentis est principium operum vite z nõ econuerso. p q̃ verba dat intelligere q esse principium vite est effectus in genere cause efficientis ipsius aie inquãtum est forma z actus corpis. prius eñ opz aliqđ intelligere in rõne actus et forme ante q̃ intelligatur in rõe pncipij saltem efficientis Cõclusio q̃ ad eius pmã ptem sic pz. q; in scda diffinitõe aie nihil ponitur qđ habeat rõem materie. sed totũ quod ibi ponit tenet se ex parte forme. g̃ ipsa conuenienter formalis dr. Sed secũda pars. patet ex dictis q; effectus solum a posteriori demõstrat suam cãm z demõstratõe quia. sed ista secunda diffinitio datur p effectus pme. vt patet ex dictis. igit Ad rõem dicẽdum q ipsa vez. patet loquẽdo de demõstratione. preterqđ. sz illa demõstratio phi est q; tm a posteriori.

Otentiarum aũt aie que dicte sunt

Queritur primo.

Utrum q̃nq; genera potentiarum aie: sint eidem realiter cõdistincte Pro parte affirmatiua ẽ autoritas phi qui enumerat quinq; genera potentiarũ. scz vegetatiuũ. sensitiuũ. appetitiuũ. motiuũ fm locum. z intellectiuũ. Sed q distinguant realiter ab aia pz p eũdem in pleriscq; locis. q; dicit in scdo de aia intellectiuũ differre a sensitiuo. sicut ppetuum a corruptibili. ꝓstat aũt q iter ppetuum z corruptibile est realis differẽtia. Item tercio ethicorum dicit Aristo. q tria sunt in aia. s. passio habitus z potẽtia. sed certũ est q passio z habitus distinguũt ab aia. ergo etiam potẽtia debet distingui. Itẽ Aristoteles ponit potentias anime in genere q̃litatis in scda spẽ. sed aia est de p̃dicamẽto substãtie. g̃ distinguunt realiter et predicamẽtaliter Sed p pte negatiua arguit triplr̃ pmo. motiuũ nõ ꝓtinet sub se plures species. ergo non ẽ genus. Scdo sic. id qđ est nobilitatis debet aie attribui. sed agere p essentiã est nobilitatis. igit. Minor. pbat quia nisi sic tũc conueniret deo. Tercio sic. forma accñtalis est immediatũ pncipiũ actiõis. g̃ etiam anima. Añs probatur. q; calor immediate calefacit.

Maior. Penes genericam distinctionẽ obiectorum: sumuntur quinq; genera potentiarum. Minor. Concedens animam eãdem essentialiter cum suis potentijs: dissentit famosis philosophorum regulis Conclusio Anima igitur realr̃ distingui ab eis q̃nq; potẽtijs: est consonũ fidedignorũ maximis

Propositio maior ostendit̃ per talẽ sufficientiã. q; obiectũ potẽtie vel est cõiunctũ aie fm locum z ꝓpinquitatẽ et sic sumitur pmum genus. scz vegetatiuum. Aut est separatum fm locum. q; vel p opationem anime res tendit in animam aut econtra. Si pmum hoc est dupliciter. q; vel talis res est vniuersalis. z sic sumitur intellectiuum. aut singularis. z sic est sensitiuum Si scdm hoc est dupliciter. quia anima vel tendit in res sicut in finem. z sic est appetitiuum. aut sicut in terminũ opis. z sic est motiuum fm locum Minor pbatur. q; famosa regula est q actus z potẽtia sunt in eodẽ genere. z primo a philosopho nono metaphisice tradit̃ vbi dr q ens z quodlibet genus entis distinguit̃ p actum z potentiã. sicut materia pma z forma substãtialis sunt de genere substãtie. sz ꝓprius actus intellectus est de genere accñtis. silr̃ ꝓprius actus volũtaris cuiusmõi sit̃ intelligere z velle. g̃ etiã intellectus et volũtas erũt de genere accñtis. Alia regula magistralis est q potentie distinguuntur per actus z obiecta. essz aũt impertinens responsio si diceretur q solum nomina potentiarum distinguerentur fm nomina actuum z obiectorum. Tercia regula dicit q ꝓprius actus correspondet ꝓprie potẽtie. z in ea natus est fieri. Iñ est q phs septi

mo phisicorum dicit q̄ susceptiuum non debet esse cō/ tingēs sed vnius est vnum si illa essentia anime esset eius potētia. tunc intelligere sentire ꝛ velle essent in eodē sus/ ceptiuo ꝛ indifferēti Conclusio patz ex dictis. Cor relariū primum. Sensitiuū ꝛ intellectiuū: sunt de nume ro multiplicium Patz q̄ qñz nomināt potentias anime et sic differunt ab anima ꝛ a seinuicem. quādoqz autē po nūtur tanqz differētie essentiales. ꝛ sic ptinent ad p̄dica/ mētum substātie. q̄ significāt naturā quam ꝓsequit̄ po tētia intellectiua vel sensitiua Corrolarium scōm. ma teria ꝛ eius potētia: sunt realiter eadem eēntia. ptz ex dic tis. q̄ materia est in eodem genere cum suo actu qui est forma substātialis. hinc est q̄ necesse est potētiam fore eā dem. alioquin proprius actus nō ꝑficeret immediate su um propriū subiectū. sed p potētiam intermediā. Ad rationes. ad primā dicitur q̄ potētia localiter motiua ha/ bet distinctas spēs. scz motiuam imperatiuā. ꝛ motiuaz executiuā. q̄ vlterius sub se habet quosdam spēales mo/ dos ꝑm distinctōem organorū Ad secundam dicitur q̄ hoc est nobilitatis in primo agēte. sed ille modus non est creature ꝓmunicatus. neqz est sibi possibilis. q̄ sic ali/ quod creatuz esset cum deo eiusdem simplicitatis. qđ est absurdum Ad terciā dicit̄ q̄ nō est par ratio. quia ca/ lor proprie nō calefacit. sz est id quo aliquid facit. ꝛ sic nō est principium primum.

Queritur secūdo Utrum poten tie aīe: sic̄ in sub iecto: sint in anima vel in toto composito Pro respon sione notandū q̄ potētia anime est quoddā accidens. ꝛ ē principiū operatōis vitalis Et sicut albedo dat subiecto suo denominatōem. ita potētia anime que est quedā vis operatiua tribuit suo subiecto denominatōem. scz q̄ sit potens operari. hinc est q̄ subiectū potentie anime est il/ lud quod vniuoce p eam denominat potens opari. Di/ cit aūt Arestoteles in de somno ꝛ vigilia q̄ cuius est act⁹ eius est potētia. ita q̄ actus ꝛ potētia ad idem subiectuz ptinent. sicut visio ꝛ potētia visiua.

Maior. Anima respectu quarundam sua/ rum potētiarum: p seipsam solam est earū sub iectum. Minor. Omnes potentie anime p̄ ter partem intellectiuam sunt ponende in toto composito: sicut in subiecto adequato. Cō clusio Quāuis igitur subiectum potentiarum assignetur diuersimode: ipsas tamē subiectari in solo corpore est impossibile

Propositio maior patz ex dictis. quia alique operatō nes anime rōnalis exercētur sine organo. sicut ptz de ac tu illo qui est intelligere. ꝛ p ꝓsequēs potētia illius actus est sine organo corporeo. Minor patz sil'r. quia eiusdē sunt actus ꝛ potētie. sed omes opationes potētie sensiti/ ue ꝛ vegetatiue fiunt per organa corporea. ꝛ sunt orga/ nice. g̃ etiam subiectum quod p eas denominat̄ potens opari est ipsum totum ꝓiunctum siue compositū Cō clusio quo ad primam partem patz ex dictis. Sed secū/ da pars probatur. quia potentie de quibus hic loqmur sunt actiue. sed actio est a forma. ergo etiam a forma flu/ unt potentie potius q̄ a materia. ꝛ ideo nulla est poten/ tia que soli corpori conueniat Corrolarium. potentie q̄ sunt in sola anima sicut in subiecto: sunt in numero ter/ nario. Patz quia sunt intellectus possibilis. intellectus agens ꝛ voluntates que habent operationes exaltatas supra legem organicā. ergo etiam potētie tales sunt sup̄ legem illam. vt patz ex dictis.

Querit̄ tercio Utrum ab vna eēntia aīme: fluere possint om nes eius potentie Pro parte affirmatiua sunt fideles expositores philosophi Sed pro parte negatiua argui tur. quia ab vno non possunt plura fluere. sed anima est vnum quoddā. igitur ꝛc Secundo sic. anima est sub/ iectum potētiarum. ergo nō potest esse principium neqz causa efficiens ipsarum. Tenet ꝓsequētia. quia efficiens et materia nunqz coincidunt.

Maior. Anima propter varias eius pote/ states: requirit quasdam corporis organicas dispositiones Minor. Secūdum aliquem ordinem ꝛ propter corporis dispositionem plu res potentie: possunt ab vna simplici essentia fluere Conclusio. Igitur ab vna anime eēn tia: fluit quelibet eius potentia.

Patz maior. quia potentie anime organice nō sunt in qualibet parte corporis. hinc est q̄ in diuersis partibus corporis diuersimode organice dispositis distribuuntur huiusmodi potentie Et quia anima est perfectiua corpo ris ꝑm eius essentiā ꝛ ꝑm eius potestates. hinc est q̄ opz diuersificari huiusmodi dispositiones duplici pfectioni correspondentes Minor patz. quia anima est principi um omnium suarum potētiarum. ꝛ quia huiusmodi po tentie fluunt quodam ordine ab anima ꝛ ꝑficiunt diuer sa organa. hinc est q̄ fluere possunt ab vna ꝛ eadem essen tia Conclusio probatur. q̄ potentia anime est quedā forma accidentalis de secūda specie qualitatis. ꝛ nō in/ est subiecto per accidens ratione passionis ab agente ex/ trinseco. sicut calor est in aqua. sed inest per modū accidē tis ꝓsequentis naturam sui subiecti. Constat aūt q̄ po/ tentie anime non insunt ex parte corporis. quia corpus ē solum susceptiuum vite. relinquitur ergo q̄ procedūt ab essentia anime sicut a proprio suo principio. Et ergo dicū tur naturales proprietates siue proprie passiones viuen tium. de quibus dici cōsueuit q̄ causantur ex principijs intrinsecis siue speciei Corrolarium primum. inter vi res seu potētias anime: est quedam presuppositio mutu/ alr ꝛ aliter quodam ordine. Patz quia communiter po nitur duplex ordo in rebus vnus ꝑm viam cause mate rialis seu ꝑm viam generationis. sicut imperfectum pre/ cedit perfectum. vt etas puerilis est ante etatem virilem Et ꝑm hunc modum potentie vegetatiue precedunt sensitiuas. ꝛ sensitiue intellectiuas. Et pro tanto dici so/ let q̄ vegetatiuum est stramentum sensitiui. ꝛ sensitiuuz est stramentum intellectiui. sicut trigonus est stramen/ tum tetragoni. ꝛ hoc modo tactus etiam precedit alios sensus. Alius est ordo ꝑm viam perfectionis siue ꝑm ali arum causarum ordines. prout proceditur a perfecto ad imperfectum. sicut finis dicitur prior ordinatis in finem et hoc modo intellectiuum est ante sensitiuum. ꝛ sensiti/ uum est ante vegetatiuum. Corrolariū secundū. vna potentia fluit ab anima alia mediante: loquendo ꝑm vi/ am finalis vel efficiētis cause. Patz quia anima est sicut causa finalis ꝛ actiua suarum potentiarum. sed illud qđ est ꝑmo ꝓpinquius se habet sicut ꝓcausa respū posterioꝝ

put patet in pcessu demonstratiuo q conclusio ꝓpria demonstrata fit premissa ad posteriorē conclusionē demonstrandā. Et ita similiter sensus cōmunis est ꝓcausa sensuum exteriorum post animā. Et vniuersaliter potentie priores hoc ordine sunt potiores dignitate. q̄ entia anime est prestātior suis potentijs. t per ꝓsequens quanto aliqua potētia fm hanc viā est ꝓpinquior tanto est dignitate potior Correlariū tercium. Causam materiale ꝓ ut in ꝓposito inuenitur ꝓcurrere cū alijs generibus causarum: nō est ꝓpria intentōem phi secūdo physicoꝝ. pz q̄ phs secūdo physicoꝝ loquit de materia ꝓprie dicta. scz de materia pma que dr ex qua. t illa nō coincidit cū efficiente. sed hic capit materia cōiter. p materia in qua que simt subijcit potentijs t eas effectiue causat Ad rationes ad primā dr q licet aīa sit vna t simplex in essentia. ē tamē multiplex in virtute. t ꝓ tanto hz q ex ea plures fluunt potētie quodā ordine. Ad secūdam q̄d sit dicendum patz ex vltimo correlario.

Quarit quarto Utrū per actus et obiecta: distinguant potētie in aīa Pro parte affirmatiua est phs in hoc libro. dicit em̄ q quia sentire t opinari sunt diuersa. etiam sensitiuū t opinatiuū sunt diuersa. Et ꝓsequēter actꝰ distinguūtur p obiecta. g̃ etiaz potētie p obiecta distinguūtur Sed p parte negatiua arguit. q distinctō debet fieri p intrinseca iuxta regulā que dicit q eadem sunt p nei pia essendi t distinguendi. sed actus t obiecta sunt extrinseca respectu potētie. igit Secūdo sic. actibꝰ t obiectis corruptis adhuc remanet distinctio potētiarū. g̃ potētie nō distinguūtur p illa. Ans probatur. quia q̄cunq; colore t sono destructis adhuc remanent potentie visiua et auditiua distincte.

Maior. Potentie ipsius anime: sunt fm p se et pprios actus distincte. Minor. Potentie que sunt in anima: distinguuntur realiter penes earum per se et propria obiecta.

Conclusio. Congrue igitur differentie potentiarum: sumuntur fm distinctionem obiectorum t actuum.

Patet maior. q potētia fm id quod est dr ad actū. ita q actus ptinet ad diffinitōem potentie. sz variata diffinitōe ptinente ad propriā rōem rei oportet etiā ipsam rem variari. Et p ꝓsequens fm diuersitatem actuū proprioꝝ t per se ptinentium ad ipsas potētias fit distinctō potentiarū. Confirmatur quia potētia est grā actus sicut grā finis. sed opz medū variari fm diuersitatem finiū. p prioꝝ. videmus em̄ q domificator vtitur alio instrumento ad secādum t alio ad pforādum t alio ad ligna planādum. ergo etiam fm alios t alios actus ꝓprios anime oportet potētias diuersificari. Minor ꝓbatur q quecunq; diuersificāt diuersificātia diuersificant t diuersificata. sicut q̄quid est causa cause etiā est causa causati. sz actus p se propriꝰ diuersificāt potentias. vt patet ex dictis. t diuersificātur p obiecta. ergo etiam potētie p obiecta distinguunt. Sed q actus distinguāt per obiecta ptz quia obiectū vel est causa mouēs efficiens actū. vt in potētijs passiuis. aut est terminus t finis actus. vt in potentijs actiuis. sed est regula philosophoꝝ q actus distinguuntur per principia t per terminos. sicut calefactio differt a frigefactiōe. quia calefactio est a calore t termina ad calorem. sed frigefactio est a frigiditate t terminat ad frigiditatem Conclusio patet ex p̄missis simul vnitis

Correlarium primū. penes illud quod est posteriꝰ in esse t extrinsecū: potest sumi distinctio aliquarum rerum patz ex ꝓclusione t p̄missis tactis. Cuius cā est. quia licet actus sit posterior in esse q̃ potentie. tamen ꝓr est in intentōe agentis. quia agens indiget potētia aīe. vt ipse p potētiam fiat in actu. sicut medicus prius intrēdit sanitatem. que tñ producitur vltimo in esse. Correlariuz scōm. ad differētiā potentiarū: plus influit distinctō obiectoꝝ q̃ actuū. patz nam semp in ordine causarū pl⁹ influit prima causa q̃ secunda. sed distinctio obiectoꝝ est cā distinctionis actuum. igit Correlarium terciū. potētia visiua in asino t in homine: nō diuersificātur specie patet ex dictis. q potētie distinguūtur p actus t obiecta. sed hic est idem actus t idem obiectum in spē. igit potentia est specie vna

Quare ꝓmo de alimento t generatōe dōm

Quarit primo. Utrum in eodem viuente opationes ptis vegetatiue: sint ab inuicem essentialiter distincte.

Pro resp̄sione noto q tres ponunt opatiōes in parte vegetatiua. s. nutritio augmentatio t generatio. in qb⁹ est duplex ordo. s. generatōis fm quez proceditur ab imperfectis ad pfecta. t sic actus nutritionis p̄cedit actum augmentationis. et actus augmentatōis p̄cedit actū generatōis. Alius est ordo pfectionis. t fm talem econtra actus generatōis precedit alios. Et per hoc ptz ps affirmatiua quesiti. Sed pro pte negatiua arguit. q̄a Aristoteles solum enumerat duo opera. scilicet generare t vti alimento. ergo hic superflue ponuntur tria. Etiam diminutio est opus viuentis. ergo erunt plura q̃ tria.

Maior. Nutritio et augmentatio in eodez viuente: sunt ab inuicem essentialiter distincte

Minor. Generatio procedens a parte vegetatiua alicuius viuentis: est essentialiter distincta ab alijs Conclusio. Igitur nutritio augmentatio et generatio in eodem viuente: sunt tres opatōes essentialiter distincte

Propositio maior sic ostenditur. quia nutritio essentialiter pertinet ad predicamentum substantie. eo q importat conuersionem alimenti in substantiam aliti. sed augmentatio est de genere quantitatis. quia motus et terminus eius sunt de eodem predicamento. Et quia predicamenta distinguuntur essentialiter. ergo etiaz nutritio t augmentatio essentialiter distinguuntur. Et ergo Aristoteles primo de generatione dicit q nutrimētum est potentia caro t actu quantum. t quo ad primū pertinet ad nutritionem. t quo ad secundum pertinz ad augmentationem. Minor patet. quia proprie loquēdo generatio est productio a non esse ad esse. esse autem ē totius suppositi. quia fm Aristotelē tercio physicoꝝ ps nō habet esse nisi in potentia. scilicet sub actualitate totius. Et sic generatio respicit proprie illud quod prope dicitur esse. scilicet totum compositum. sz p augmētatōem et nutritōez nō acquritur nouū esse totius suppositi. ergo

distinguunt Conclusio ptz ex his q̄ dicta sunt Cor relarium primū. In parte vegetatiua anime: sunt ponē de tñ tres potētie. patz ex dictis p̄ tres opationes ptis vegetatiue essentialiter distinctas. Etiaz habent diuersa obiecta specialia de q̄bus videbitur infra. igit. Et posset p̄bari inductiue. q̄ quodlibet viuens naturale est in p̄n cipio imperfectū. sed nō posset puenire ad pfectōnem nisi haberet intra se virtutem p̄uersiuam alimenti in suā sub stantiā que dr nutritiua. z aliam virtutē p̄ quam posset acq̄rere augmentū que dicitur augmentatiua. sed ille vir tutes inter se distinguunt cū earum propria obiecta sint distincta. Et quia q̄libet vegetabile pfectum nō orbatum nec spōtaneam generatōem habens. sicut appetit p̄ priū esse indiuidui. sic etiā appetit p̄priū esse speciei. et q̄ talis appetitus est naturalis sic nō potest esse frustra. et ergo in quolibet vegetabili pfecto nō orbato nec habē te generatōem spōtaneam oportet esse virtutem generati uam. que est sollicita de spēi cōseruatōe. Additur nota ter pfecto p̄pter pueros in quib nō est virtus generatia p̄pinqua ad actum generationis. Dicit nō orbato p̄pter viuentia destituta ab hmōi virtute. sicut patet de castra tis z frigidis. Dicit etiam nō habente spōtaneā genera tōem p̄pter quedā viuentia imperfecta tā in genere plan tarum q̄ animaliū q̄ generant ex influxu virtutis celest sine p̄cursu p̄ticularis agentis. z in talibus potest fier cōtinuatio spēi absq̄ tali virtute p̄ticularis agentis. i

Corrolarium scōm. anima vegetatiua appellat nō in debite: noīe potentie generatiue. patz quia finis aīe vege tatiue est generare sibi simile. sed a fine iustū est oīa ap pellari Ad rationes. ad p̄mam dr q̄ sub illo ope q̄ est alimento vti p̄hendunt duo opera. scz opus nutri tionis z augmentatōis. q̄ indiuiduū vtitur alimēto ad duo. scz ad restauratōem deperditi p̄ nutritōem z ad pfec tionem quātitatis p̄ augmentationem. Ad scōam dr q̄ diminutio p̄hendit sub augmentatōe

